# COMMENTARII EVTOCII ASCALONITAE IN PRIMVM ARCHIMEDIS DE *Sphæra & cylindro.*

QVVM in Archimedis libro quem de ſphæra & cylindro cōfecit, eorum qui nos præceſſerunt neminem adhuc comperiſſem quippiam dignū cōpoſuiſſe, idq; ab eis prætermiſſum intelligerem non propter theorematum, quæ illic habentur, facilitatem, quæ uti noſtis doctrina indigent exquiſitiſſima, & inſtructiſſima in primis excogitatione, aggreſſus ſum pro uirib. ea quæ in illis obſcura & perſpectu difficilia continentur declarare. adductus ad hoc magis, quod neminem fortè in hanc comprehenſionem deſcenſurum cernerem, quod rerum iſtarū difficultate deterritus ſim. Simul etiam Socraticum illud mecum reputans, Deo coadiutore nos commodè admodum & ad perfectionem ſtudij noſtri peruenturos: